

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 5449

**Auteur(s) :** Coutances (official)

**Bénéficiaire(s) :** Montebourg, Notre-Dame (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1288, 14 juin

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

L'abbaye de Montebourg, représentée par Guillaume Golevaste, et le chapitre de Coutances, représenté par le communier, commettent maître Geoffroy d'Yvetot, chanoine de Coutances, pour régler leur différend à propos des dîmes des noales de Sauxemesnil. Ceux qui s'opposeront à cette décision devront payer une amende de cent livres tournois à la partie qui acceptera le jugement.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Fontanel Julie, *Le cartulaire du chapitre cathédral de Coutances*, Saint-Lô, Archives départementales de la Manche (Sources inédites sur l'histoire du département de la Manche ; 1), 2003, n° 243, p. 379-380.

Texte établi d'après a

Universis hec visuris et auditoris, officialis Constantiensis apud Valonias, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod, in nostra presentia constituti, Sanson dictus [...] presbyter, communiarius venerabilium virorum capituli Constantiensis, cavens pro ipsis ad penam [...] librarum tur. ex una parte, et Guillelmus dictus Golevaste, pro viris religiosus, abbate [et con]ventu de Montisburgo receptus cum litteris procuratoriis eorum sigillo sigillatis ex [altera], super hiis que dicebant, petebant et proponebant dicti venerabiles viri capitulum predictum [ad se per]tinere ratione novalium juxta parrochiam de Sauxemesnil ut dicebat dictus [...] viri ubicumque existant, nomine dictorum capituli et religiosorum ac eciam ecclesie Constantiensis et monasterii Beate Marie de Montisburgo, supposuerunt se, alte et basse, dicto et ordinationi magistri Gaufridi de Yvetot, canonici Constantiensis ecclesie, et promiserunt dictus presbyter, videlicet super dicta pena, et dictus procurator, nomine procuratorio predicto, pro dictis capitulo et religiosus, nominibus quibus supra, quod dicti capitulum et religiosi ratum et gratum habebunt quicquid idem magister Gaufridus super dictis novalibus et eorum ratione dixerit, statuerit aut duxerit ordinandum, alte et basse, prout dictis partibus viderit expedire, et poterit in predictis procedere, diebus feriatis et non feriatis, stando vel sedendo, in scriptis vel sine scriptis, ut sibi placuerit, pena centum librarum tur. hinc et inde apposita, solvenda tanquam commissa a parte que a dicto capitulo vel ordinatione dicti magistri resiliaret seu per quem staret quominus in premissis procederetur, parti dictum et ordinationem dicti magistri de predictis observanti et observare volenti et parate. Et nos dictum presbyterum, nomine dicti capituli, et dictum capitulum in personam dicti procuratoris presbyteri et dictum procuratorem, nomine dictorum religiosorum, et dictos religiosos in personam dicti procuratoris ad hec tenenda et observanda, nominibus quibus supra, alterum alteri condempnamus. Quod omnibus quorum interest significamus. Actum anno Domini M° CC° octogesimo octavo, die lune post festum beati Barnabe apostoli.